

Eiusdem, sermo secundus, Euang. A det quia medium est inter Ægyptum examinat, sicque paritur. Primò, diligentia magistri circa discipulos relinquendos, nobis exemplum proponitur. Secundò, veritas fidei ostenditur. Tertio. Paupertatis utilitas insinuat. Quarto. Commendatur fidei puritas & quid sit scandalum aperitur. Quintò. Tam adulationis quàm inuidiæ vitandæ exemplum datur. Sextò. In commendationem Ioannis, qualis debet esse iustus vir & maximè prædicator ostenditur. *a pag. 243. ad pag. 245.*

Eiusdem sermo tertius Euang. verba hæc attendens. *Quid existis in deserto videre, arundinem, vento agitatam* &c. In arundine peccatorem significari, eo quod ei in multis sit similis, asserit. I. In eo quod arundo habet radicem in luto vel fluído non in terra solida, sic peccator circa transitoria occupatur. II. exterius, habet nitorem, intus vacuitatem, Aug. cum iniquis omnia pulchra sunt, & ipsi sunt turpes. III. Habet debilitatem & facile frangitur, sic nõ est tutum confidere in peccatore. IV. De facili mouetur, peccator etiam ad omnem tentationis ventum mittitur. V. Habet lanuginem pro fructu, ita peccator in fine non inuenit fructum operum suorum. *a pag. 245. ad pag. 246.*

Eiusdem, sermo quartus in quo Euan. prosequens ab his verbis. *Illis autẽ ab eum-ibus cepit dicere ad turba: de ioanne*, &c. Ioannis commendationem attendit in qua quatuor nobis virtutes Cardinales

insinuantur. Fortitudo cum arundini dissimilis dicitur; hæc hominem custodit, ne noceant ei mala mundi. Temperantia, cum mollicies vestium ab eo remouetur, hominem custodit ne noceant ei bona. Prudentia, cum dicitur esse plusquam propheta; ea hominem custodit ne fallatur. Iustitia eam Angelus esse perhibetur ad preparandam viam ante faciem Christi, hominem ista custodit ne alium fallat vel ei noceat, &c. *a pag. 246 ad pag. 247.*

Eiusdem, sermo quintus. Occasione verborum, *quid existis in deserto videre?* &c. duo inuestigat. Primum. Quare claustrum vocatur desertum; & respon-

huius mundi & terram promissionis ad modum deserti; vel ex eo quod à mundo desertum reputatur, cum verè paradisus sit deliciarum. Secundum. Quid quærendum & inueniendum in hoc deserto & dicit, flores Christi, qui sunt pietas & virginitas, charitas, patientia, mansuetudo, humilitas & eorum opera, Arbores magnæ quæ iuxta ciuitatem non sunt ne extirpentur à transeuntibus; feræ, sc. qui indomabilitatem suam recognoscentes corpus suum negligunt & homi. fugiunt. *a pag. 247. ad pag. 249.*

* IOANNIS THAVLERI sermo. in illud Euangelij *Matth. Tu es qui venturus es.* Sic enim mutat Euangelia secundum suum ritum. I. docet debere nos ad susceptionem Domini præparari. II. Tres defectus Domini præparatio adeo graues vt eis alij vix valeant comparari: Indiscreta tristitia: inaudita animi pressura: vehemens diffidentia. Vbi multis agit contra desperantes de misericordia Dei, & mericulos homines. *A pag. 21. vsque ad 27.*

Eiusdem sermo 2. in illud Euangelij prædicti: *Quid existis in deserto videre.* De tribus tractat. I. de felici exitu, quem quadruplicem constituit, vt Deum videre possimus. II. de deserto, quod mysticè duplex esse constituit, bonum & malum. Et in bono, quod explicat, Deum videri. III. Quid in deserto videndum sit, nempe Christus. *A pag. 27. vsque ad 32.*

* NICOLAI DE CVSA sermo in Epist. ad Philipp. cap. 4. *Pax Dei que exuperat omnem sensum* &c. in quo de gaudio ad quod hinc nos inuitat Apostolus loquitur & dicit. Gaudium, quod ex igne charitatis venit esse delectationem gaudiosam quæ talem sequitur hunc ignem; Venit enim ex notitiâ præsentia amati, quasi dilatatio quædam ad meliùs tenendum amatum iam comprehensum; Liquefit anima tacta charitate & in eâ liquefactione delectatur. Ita loquitur verbum salutis, in vtero Virginis incarnatum per os Verbi patris; & Ioannes per aurem matris, audiuit, & gauisus est de præsentia verbi salutis in-